UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Avthentica, Et Institvtiones

Bartolus

Lugduni, 1567

Libertinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96136

Visual Library

circa princ. Itē ſi velit eſſe liber: Videtur dicēdū quod non, niſi
emptor ſpōte ſuſpiciat, ⁊ tūc ingenuꝰ nō erit, ſed libertꝰ. vt. ff. ſi
liber ingen. eſſe di. l. ſcđa circa principiū. Itē querit, quare vult
iſtū qui ſic vendidit ſe ad pretiū participādū retrahere in liber
tatem ⁊ ſoluere pretiū, an poſſit: reſpōdet gl. quod non. ⁊ addu
cit. l. ff. d cap. di. tutelas. §. ſi libertate. illa nō dicit hoc ēt ad rō
nes per quas videbatur quod poſſet retrahere, reſpōdet ꝙ āte
amiſſā libertatē totaliter pōt, vt in. l. cōtrarijs. Sed amiſſa ſim
pliciter q̄ iā oīa illa quinque cōcurrāt non pōt vt in caſu noſtro,
dicas quod imo ⁊ in ſeruitutē redactus poteſt per patrē retra
hi, vnde alius hec pōt facere, vt patet in liberto facto ſeruo inc
uenientibꝰ illis, que dicta ſunt, patronꝰ pōt eū retrahere in li
bertatem. ff. de lib. cau. l. quarta. Si vis tollerare gl. dices ꝙ li
bertus nō eſt adeo ſui iuris vt filiꝰ: ideo non pōt ſe facere ſeruū
ſicut filius. vnde patronꝰ habet rationē ad reuocāda alienata a
liberto, nō ſic pr̄ alienata a filio: vt. ff. ſi q̄s a parē. fue. manu. l.
nō vſque. Ad rationem gloſ. dicendū quod filius delinquendo
nō pōt face cōditionē patris deteriorē, ſed cōtrahendo ſic: quia
non imputātur cōtrahenti: quia cuilibet contrahere licet, nulli
enim eſt prohibitū cōtrahere, ſed prohibitū eſt deliquere. vnde
dicit. l. iubemus. nullū delinq̄re. C. de pa. q fil. diſ. l. prima. Itē
nota aliū modū ſeruitutis. C. quibus ad litis proclamationē nō
5 l. ſecūda. ¶ † Sequitur in litera, In ſeruorū quidem cōditio
ne nulla ē differētia, in libertis multe. Sed cōtra videt. In liber
tis eñ durior eſt cōditio vnius, quā alterius. vnde ingenui ad ho
nores poſſūt aſpirare, liberti nō. C. ad. l. Iul. maieſ. Itē liberti
multa obſeq̄ tenēt adhibē patrono, nō ingenui: ſicut ⁊ in ſeruis
cōditio vnius durior eſt, quā alterius. ff. de pe. aut dānum cū in
famia: ⁊ ſic ſicut eſt differētia in ſeruis etiam quo ad actus ſcđz
q gl. dicit, ita in liberis. ⁊ ſic vnus nō eſt ſeruus plus, quam al
ter: ita certe nec magis ingenuꝰ vnus, quā alter, niſi quo ad quoſ
dā actꝰ. Sed hic nō eſt differētia in ſeruis, ſiue ab initio ſint ſer
ui, ſiue ex poſt facto: ſed ī liberis bene ē differētia, vtrū ab initio
ſint liberi, ſiue ex poſtfacto hic vult dicere iſta litera ꝙ q̄dā in
genui quidā libertini quo ad iſtū adeo dicuntur eſſe multe diffe
rentie liberoꝝ, nō ſeruoꝝ: ſed in veritate vniꝰ liberi deterior eſt
cōditio quā alterius. Item not. argumētū quod duo dicuntur
multa: q̄r hic quod in liberis multe ſūt differētie ſcilicet, due
aut ingenui aut liberti, etiā quod vnꝰ actꝰ inducit cōſuetudinē.
ſic. ff. ad. Sille. l. fin hoc reſcriptum, ⁊c.

De ingenuis. Rub.

1 ¶ Filius ſequitur patrem quo ad honores ⁊ familiam, ſi fue
rit partus a legitimo matrimonio.
2 Matris calamitas ſiue delictum, nō debet nocere ei qui ī vte
ro eſt.
3 Partus ad hoc vt ſit liber quid requiratur vt ſufficiat.

INgenuus. Hic dicitur q̄d ingenuꝰ
eſt qui ex duobus inge
nuis naſcit. ſiue ex duobꝰ libertinis, ſiue ex vno
libertino, altero ingenuo. Dicit etiā ꝙ ex duobꝰ
ſeruis ſimiliter pōt naſci ingenuꝰ ſiue libertꝰ, ſi
ne relinquat libertas ei cui in vtero eſt, vt C. de
fideicomma. li. l. cum inter. Item dicit litera quod ſi quis naſ
catur ex matre libera, patre ſeruo nihilominus, eſt ingenuꝰ, q̄r
partus ſequit ventrem. C. de rei vendicatione. l. partus. ⁊ hoc
1 intelligas quo ad ſtatum. †. ſed quo ad originē ⁊ honores filiꝰ
ſequit patrē ſi fuerit partus de legitimo mr̄imonio vt ff. de ſtat.
hom. l. legitime. ⁊ ff. ad municipale. l. prima ⁊ ꝑ hoc fuit de
terminata quedā queſtio Pariſiꝰ. Quidā magni quorū mater
erat de Gallicana pater Picardꝰ. Pariſius querebat ſub qua
rōe deberet eſſe, vel ſub natione Gallicorum vel Picardorum,
ꝑ legem preallega. ff. ad municipale. l. prima q̄r filij quo ad ori
ginē patrē ſequunt, non matrem. † Sequitur in litera, Si libera
concepit, deinde ancilla facta pariat, partus q naſcitur liber eſt
quia non debet calamitas mr̄is ſiue delictū ei nocere qui in vte
ro eſt. Et ſic habemus hic q̄d caſus patris vel matris nō nocet
filio concepto, vel edicto, vel cōcepto añ caſum, ſꝫ cōcepto edito
poſt caſum nocet. Illam queſtionē diſputauerunt fratres Mi
nores Aurelie, ⁊ frater doctor approbauit hoc, ꝙ ſi illo tpe fuiſ
ſent aliq̄ editi vel concepti, quod illis non nocuiſſet peccatū pri
morum parentum, ſed alijs poſtea conceptis ⁊ natis nocere dꝫ.
⁊ hoc ad illā queſtionem ne peccata primorū parentum noceāt
nobis, ⁊ probo ꝙ ſi tempore illius peccati nondū erat aliq̄s cō
ceptus vel natus, ſed peccatū nocet cōcepto ⁊ edito. Vñ ſi liber
tus cōmittit ingratitudinē ⁊ reuocatus eſt ī ſeruitutem, nōne ⁊
ipſe ſeruꝰ eſt in ſeruitutē, eius concepti, Certe dicendū q̄d ſic
vt C. de lib. ⁊ eorū lib. l. ij. ⁊ C. de ſtat. ho. l. īperator. ſꝫ cōceptis
3 ⁊ editis vel conceptis tātū nō nocent, vt hic. † Itē dicit literā il
lo quod ſufficit matrē eſſe liberam tēpore partus, licet fuerit cō
ceptꝰ matre exiſtente in ſeruitutē: ſꝫ tamē tpe quo naſcitur, ma
ter eſt libera, quod ſufficit ad hoc quod partus ſit liber: ſꝫ dt lex
quod ſi filia ſine conſenſu patris cōtrahat matrimonium, nō vꝫ
matrimonium, ſed patre mortuo ex conſenſu tacito confirmat.
vñ ſi eo mortuo aliquis eſſet conceptꝰ ⁊ natus ex illo mr̄imonio,
eſſet legitimus: ſed ſi viuo auo qui auus dr̄ reſpectu iſtius filij,
pr̄ reſpectu filie, quo cōtradicēte vel ignorāte filia nupſerat, iſte
partus conceptꝰ fuerit: ⁊ ſic tēpore conceptionis mr̄imoniū nō
valebat dato quod patre ſiue auo mortuo natus fuerit, ⁊ ſic tpe
quo matrimoniū confirmabatur non tamen legitimus. Querit
igitur quare nō tpe partus inſpicitur vt dicatur ingenuus: ⁊ ſic
videtur eſſe quod hic dicitur. ff. de ſtatu. hom. l. Paulus. Reſp.
ad iſtud quare non fuit aliquid dictum, ideo dicitur in fine tit. ꝙ
aliquis natus eſt ingenuꝰ ſi de facto manumiſſus fuerit, non effi
ciat vt ideo dicatur fuiſſe ſeruus ⁊ eſſe vere, alias nec libertꝰ: q̄r
de facto manumiſſio nō eſt niſi ſeruitutis, ⁊ iō manumiſſio nulla
eſt niſi nulla ſeruitutis ſit, ⁊ iō mēumiſſio de facto nō nocet. Iſtō
valet ad iſta. Inter me ⁊ te nullam habemus guerram, tñ inimꝰ
treugas, videmur ne cōſentire vt poſt tempus treugarū guerrā
habeamus, Videtur ꝙ non per iſtam literā quod manumiſſio
nō eſt niſi ſit ſeruitus ſecūdum veritatem: vñ manumiſſio de fa
cto nihil officit vt hic, ex quo nulla guerra erat inter me ⁊ te ſcđz
veritatem, ⁊ treuga nō ſit niſi vbi ſit guerra ſecūdū veritatē: ve
rum eſt q̄d talis initio treugarū nō nocet, nec per hoc videmur
conſentire, vt poſt illud tempus guerram habeamus: nec iſta li
tera facit ad propoſitum, q̄r habere guerram voluntariū eſt, vñ
nihil oportet facere plus, niſi quod conſentiamus vt guerra ſit
inter nos, ⁊ eſt guerra. Et tunc ſcđm veritatem cū aliq̄s vult ali
quid ⁊ ea q̄ ſubſequētia ſunt ad id, ſicut cum vult aliq̄d pſumit
velle ea ex quibꝰ iſtud ſequitur ⁊ preſumitur feciſſe ſi volūtaria
ſunt, vt ff. ſi certum peta. l. ſingularia. ⁊ ff. de procuratori. l. ad rē. ⁊
l. ad legatum. guerra cū ſeq̄ns eſt ad treugas, qui igitur inge
runt treugas, poſt id tempus videntur in guerrā conſentire. Si
volo eſſe ſeruus tuus, nō ſequitur quod ego ſim ſeruꝰ, imo mul
ta ſunt neceſſaria, vt hic habuimus ſupra titulo proximo. vnde
mea voluntas nō ſufficit. ff. de lib. cauſa. l. nec ſed volens. ⁊ iō lꝫ
aliquis conſentiat vt manumittatur nō nocet ſibi iſta volūtas,
quare vr̄ ſe velle fuiſſe ſeruū, ⁊ eſſe ex quo patit ſe manumitti, ⁊c.

De libertinis. Rub.

1 ¶ Manumiſſio eſt datio libertatis, ⁊ quomodo ītelligatur.
2 Nemo dat quod non habet.
3 Creditor qui vendit pignus ex pacto vel lege nō transfert dñiū,
ſed debitor de cuius conſenſu venditur.
Contractus obligationis literarum dicitur de iure ciuili.
4 Hos eſt ſpecialis contractus, ⁊ hoc de iure ciuili.
5 Obligationes ex maleficio vel quaſi, an ſint de iure gentium.

LIbertini. Dicunt gramatici quod li
bertus eſt qui ex iuſta cauſa
manumiſſus eſt, ſed filius liberti libertinus dici
tur: ſed hoc eſt falſum quod filius liberti poteſt
eſſe ingenuus, ſi pater eſt liber, vel etiā ſeruus
ſi mater eſt ancilla, quia partus ventrem ſequi
1 tur, vt ſupra titulo proximo dictum fuit. † Sequitur in litera,
Manumiſſio eſt datio libertatis, vnde qui manumittit ſeruum
ſuum, dat ei libertatem. Contra arguit gl. aut dat libertatē reſ
pectu quā habet iure aliam, ſi ſuā, ergo remanet ſeruus, ſi alie
nā hoc non poteſt eſſe, quia nemo dat quod nō habet. ff. de acq
rendo rerum dominio. l. traditione. Iſtud argumen. peſſime ſo
luit multiplicando inconueniens: dicendo quod dat libertatem
quā nō hꝫ, nec non eſt inconueniens, q̄r hic alias accidit ſicut in
creditore q vendidit pignus ex pacto vel ex lege transfert dñiū
2 q̄d non hꝫ, vt infra quiſali. licet vel non. §. primo. † Itē ſi aliquis
concedat vſumfructū in fundo ſuo, cōcedit ⁊ vſumfructū forma
lem, ⁊ formalē non habet, ſed cauſalem, vt ff. de vſufr. q̄d verū. ⁊
ſic ſoluit gl. quod aliquis dare poteſt quod nō habet. Alij dicūt
ꝙ dare libertatem hoc eſt bonū, ⁊ ideo licet det libertatem quā
hꝫ, nō tamen ſeruus remanet, q̄r bonum ſuīpſius diffuſiuū ⁊ di
ſtributiuū ꝑ partes recipit incremētū. Bar. dixit q̄d manumiſ
ſio nō eſt datio libertatis, ſꝫ ſolū detectio, vnde de iure naturali
oēs ſunt liberi, ſed ī ſeruis illa libertas que eſt de iure naturali
ꝑ ius gentiū eſt obſecuta, vñ manumiſſio detectio eſt libertatis
nō datio, ſicut qui excutit granum a palea nō nouā facit ſpeciē,
ſed eam que eſt detegit. argumento. ff. de acquirē. rerum dñio.
l. adeo. §. cum quis. Sed dicendum eſt quod ſecūdum rei veri

tatem ſunt aliqui ſerui, ꝛ ſecundum veritatem naturale ius eſ-
ſe derogatū per ius gentium quo ad ſeruitutē: vt ſupra titulo ſe
cundo.§.ſeruitus.ꝛ §.fi. Dicendum ad illud argumētum ꝙ hec
2 eſt veritas.† Quia nemo dat quod non habet, vnde dicendū ꝙ
creditor nō transfert dominium, ſed debitor, de cuius cōſenſu
venditor videt transferre: vt ff.de euictio.l.ſicut. Dicendū igit
eſt qđ nō dat qđ non habet, ſed dat vt non habeat: vel aliter quā
nō habet cauſalem, ſed dat formalem ꝛ l.illa.ff.de vſufru. vel ꝙ
dictū licet dicat quod dat quod nō habet, intelligo qualiter nō
hꝫ, vnde dicendum eſt quod libertatē quam non habeo nō do
ſeruo, ſed aliter quam habeo, vnde cū aliquis eſt ſeruus meꝰ ha
beo penes me in eo dñium, ꝛ illud dominiū eſt libertas quo ad
me, ſeruitus quo ad ipſum, ſicut hic alias cōtingit.ff.de ſeruit.
pre.l.ſi edes, vbi dr libertas ſeruitus vſucapi. cū remitto ei illō
dñium, do ei libertatem: qꝛ remittere donare eſt ff.cōditione cā
data cauſa non ſecuta.lege, ſi mulier. ꝛ hoc eſt planū videre. de-
bes mihi decem, remitto tibi, ex iſta remiſſione cōtingit libera
tio: qꝛ remittere donare eſt, vt ſupra dictū eſt.

Quibus ex cauſis manumittere non licet. Rub.

Non tamen. Sequitur i litera ꝙ res ſcilicet manumiſſio d iu
re gentiū ſuppreſſit originē, ſed de iure ciuili ſe
cundum quoſdam, qꝛ habet fieri apud magiſtra
tus qui ſunt de iure ciuili: ſed nō eſt recedendū
a lege que dt manumiſſiones ſunt de iure gētiu:
vt ff.de iuſti.ꝛ iure, manumiſſiones ꝛ rationeꝫ eorū. Dicēdū eſt
quod magiſtratus ꝛ leges ſunt de iure gentium originaliter, vt
habes expreſſe.ff.de origi.iur.l.ij.in §.qđ ad magiſtratus. Rn-
dendū ꝛ dōm quod magiſtratus ſunt de iure gētiū, vnde de iure
gentium erant regna diſtincta, ꝛ ſic erant reges ꝛ magiſtratꝰ: vt
ff.de iuſti.ꝛ iur.l.ex hoc iure. Item dt litera qđ in ſacroſan.ecc.
ſit manumiſſio apud antiſtitem. Quare dt i eccleſia, magis quā
in aliquo alio loco: qꝛ in hoc eſt priuilegiata iſta manumiſſio: qꝛ
qs nō poſſit manumittere alias niſi cauſa cognita, ꝛ corā iudice
poterit in eccleſia manumittere, ꝛ indiget ſcriptura vel inſinua
tione.C.de his q i eccl.manu.l.j.ꝛ ij.§.j. Item ſequitur i litera,
quedā eſt manumiſſio facta inter nos amicos, ꝛ dt gl. ꝙ ibi requi
runt quinqꝫ teſtes, ꝛ hoc p l.C.de Lati.lib.tol.l.iſta.§.ſancimꝰ.
ꝛ.§.ꝛ ſi qs, ſed gl.contradicit ſibi ꝛ preallegata lex: qꝛ ibi dt qđ
ſufficiūt duo teſtes. Sed dic ꝙ exigunt quinqꝫ teſtes ꝛ equipare
tur manumiſſioni facte in teſtamento: vel in vltima voluntate. ꝛ
hic eſt lex. ratio dt in gl, dicit litera qñ trāſit pretor manumitte
re hoc eſt in ma. ꝛ hec eſt cauſa vt gl. dicit qꝛ ex voluntaria iuriſ
dictione, ſecus in contentioſa: ſed tu diſtinguas de cōtētioſa: qꝛ
aliud in cōtentioſa ſummaria nō plenaria: vt ff.de interrog.ac.
voluit.l.pretor. facit litera rationem de ſeruis dedititijs, dt gl qđ
iſti ſunt qui toto tēpore vite ſue ſunt liberi ꝛ i morte ſunt ſerui.
hoc nō pbatur aliqua lege vñ hoc eſt diuinare, ſꝫ hic colligit.l.
quod hic dicitur ꝙ error conditio peſſima eſt ꝛ deterior cōditio
eſt ceterarum. ꝛ ſic cum latini ſunt toto tempore vite ſue ꝛ i mor
te ſerui, preſumitur ꝙ dedititij qui ſunt deterioris cōditionis
ſint toto tēpore vite ſue ſerui, ꝛ in morte liberi: ſed dedititij ſi to
to tpe vite ſue ſerui ſunt, ergo nihil habent. ꝛ infra nec hrdē ha
bebūt in morte, ꝛ ſic in morte nō ſunt liberi. Dic vt in gl. qꝛ ſim
pliciter liberi erant ſeruiebant, ſed toto tpe vite ſue. ꝛ non eſt
hic conueniens, vt.C.cōia de ma l.j.§.ſi autem proprietariꝰ. Di
cit litera ꝙ oēs differentie ſeruorū tolluntur, ꝛ ſi aliquis manu
mittat hꝫ eandem libertatem quam manumiſſor. ꝛ dicas eādē
qđ fiat relatio in ſpeciale ſecundū Logicos, i genere ſcđm nos.
ibi mulier dānauit, que ſaluauit. niſi ꝙ ille q manumiſſus eſt erit
libertus ex quo multa ſequunt vt preſtet patrono, id eſt, manu-
mittāti operas obſequiales ꝛ multa alia que tāgit gl. que oīa dt
gl. tollūtur, preterquam illa que natura debent. ꝛ allegat auth.
vt li.de teſt.§.j. ſed dic quod hodie nulla tollunt niſi i manumiſ
ſione: vel poſtea patronus remittit iure patronatꝰ. Sed ſi remit
tit, tūc tolluntur oīa preter illa que natura debent. ꝛ ſic loquitur
2 auth. que hic inducitur.† Dicit litera in fi. ꝙ multis modis cōſe
quit qs libertatem, ꝛ tangit octo modos, addas tu alios. C.cōia
de manumiſſio.l.vlti. ꝛ in auth.de nup.§.ſi vero ab initio. alias
in auth. dr quod qui manumitt in fraudeꝫ creditorū, nihil agit,
ſed contra dicit lex, quod qui alienat in fraudem, transfert domi
nium, ſed competit reuocatio.ff.de contrahē.emptio.l.ſi ſciēs.
Sed dōm quod aliud eſt i libertate, quam in re alia: qꝛ libertas
conceſſa non reuocatur vt j.eo.§.ſemel. ideo lex vadit ei obuiaꝫ.
Sed aliud in rebus que ſunt alienate in fraudem creditorū, qꝛ
poſſunt reuocari, ideo lex nō prohibet quin dominiū transferat,
vnde difficilius conceduntur. Sed quare nō competit libertas,
qs cū manumittitur in fraudē creditorum: redditur hec rō: qꝛ

lex Aelia Sentia ita vult. vnde hic excuſatur ignorātia legiſte:
vt ff.de leg.ꝛ ſeq.con.l.non omni. quia in veritate lex nihil vult
3 ſine rōne ff.de iur.pat.l.adigere.§.quis.† Dicit litera ꝙ ſi res
defūcti vēderet afficeret defūctꝰ iniuria, ſꝫ iniuria eſt ꝙ nō iure
ſit. Sed res defuncti pñt vendi de iure, vt creditoribꝰ ſatiſfiat.
Dicendū quod ſic, cum eius fama aliquantulum aggrauatur. p
hoc valet ꝙ ſedens bonis ſit infamis: ſed tamen dicendum ꝙ nō
4 eſt infamis.C.ex quib.cau.infa.in.l.debitores.† Itē no. ex eo qđ
dicitur in illo verſ. quod noſtra cōſtitutio ꝛc. quod enim cōcedit
aliquid, ꝛ illud ſine quo beneficiū illud conceſſuꝫ eſſe nō pōt.ff.
de pcur.l.ad rem.ꝛ l.ad legatū. Si ſeruum inſtituit hrdē, ꝛ ſer-
uus heres eſſe nō poteſt, videtur ei reliquiſſe libertatem. Vñ dt
hec litera ꝙ viriſimile eſt ꝙ qui vult vnum, ꝙ velit oīa ſine qbꝰ
illud eſſe non poteſt: quare dic veriſimile qꝛ voluntas hñ eſt poſ
ſibilium. Bene vellet aliquis eſſe abbas, ꝛ nō eſſe monachꝰ ſꝫ ta
men non veriſſimile quin ſi velit eſſe aabas quin velit eſſe mona
chꝰ: tñ improprijſſime locutꝰ eſt. Dicitur enim hic ꝯ princi.C.
Aelia Sentia proſpectum eſt, ꝛ bene. Valde enim proſpiciēdū
erat, ꝛ ſubueniendū vt gentes homines quibus alius nō erat he
res extiturus, quia bona eorꝫ erant non ſoluendo, ſeruū ſuū poſ
ſent manumittere, etiā in fraudem, ꝛ heredem inſtituere, q hrs
ſit neceſſarius ꝛ ſatiſfaciat creditoribus. ꝛ ſic colligitur vñ circa
a hoc cōcordare: diſcordare, qꝛ plura dicūt ꝙ paupertas pdeſt,
alia ꝙ paupertas nocet. iō vt illa ad cōcordiā reducantur, cōtra
5 iſtud breuiter ſic diſtingue:† qꝛ cū queritur de paupertate vtꝫ
an noceat, aut queritur de fide. aut queritur de honore, aut qrit,
de datione, aut de remiſſiōe grauaminis. Si de fide querat. pdu
cuntur teſtes concurrētibus alijs qualitatibus ꝛ alijs cōditioni
bus exiſtentibus equaliter, magis credēdum eſt diuiti, quā pau
peri: qꝛ timendū eſt ne pauper pecunia corrūpatur. vnde i hoc
diuiti in eo quod talis eſt magis credendum eſt, quā pauperi in
6 eo ꝙ talis, in authē.de teſti.§.j.ꝛ ff.de teſti.l.in Caio.† Si qritur
de honore adipiſcēdo, vt aliqs ſit decurio, officialis, vel pfectꝰ,
diues preferendus eſt in facto honoribꝰ, ſit ſit paritas i alijs: ꝛ
in eo quod diues preferēdus.C.de decu.l.ad ſubeundū. Sed ſi
queratur de remiſſione, tunc diſtinguendum: aut queritur de re
miſſione pene, aut de remiſſione ſatiſdationis, aut ciuiliū mune
rū, aut publicorꝫ. Si de remiſſione pene aut coporalis aut pecu
niarie. Si de remiſſiōe pene corporalis qrat, tūc paupertas nō
pdeſt, imo nocet.C.de ſum.tri.ꝛ fide cath.l.iij.ff.de incē.i l.pe
diꝰ. Si qrat de remiſſiōe pene pecuniarie, aut igit de dolo illius
remittēdo, aut nō. Si de dolo, tūc paupertas nocet: qꝛ ſi pp pau
pertatē ſoluere nō pōt penā pecuniariā, commutaretur illi pecu
niaria pena incorporalē.ff.de mino.l. ꝙ ſi minor.§.ſi ſeruus.ff.
de iuriſdictio.omni.iud.l.ſi qs id §, in ſeruo. ꝛ ff.de iniuꝰ vocā
di.ff.de pen.l.j.§.generaliter. Si vero agitur de dolo illius de
cuiꝰ pena pecuniaria remittēda queritur, pdeſt paupertas.ff.d
offi.pſid.illicitas ad fi.C.de mō multā.l.vltima.ad fi. Sꝫ ſi de
remiſſione ſatiſdationis queritur, diſtinguēdū: aut expedit pau
peri, aut nō: ſi nō expedit, vt qꝛ tractat de dādo curatore furioſo
vel adulto, ꝛ nō vult admitti, hoc caſu paupertas ei nocet: qꝛ re-
pellitur. ſed hic proprie nō eſt nocere, ſed prodeſſe. pdeſt eñi vt
repellat.C.de epiſco.audi.l.j.de cura.§.vlti. Si autē expedit ei
ſatiſdare, vt eſt in ſatiſdatione iudicio ſiſti, vel delegato ad ſe ad
ueniēte die vel cōditiōe, tūc diſtinguo i iſto ſcđo caſu: aut eſt pau
per qꝛ nō poſſidet immobilia nec mobilia, vel parum, nec poſſet
inuenire fideiuſſores ſine magno incōmodo paupertatis: qꝛ re
mittit ſatiſdatio.ff.ſi cui pluſquā, p l.fal.l.cū nō facie. Prio ca-
ſu nō remittit.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi fideiuſſor.§.vltimo. cū ſimili
bꝰ. Si queratur de remiſſione publicorū munerū, vt collectarū
ꝛ tutelarū, tunc diſtinguitur: qꝛ aut pretendit qui ſe excuſat a
tali munere honore publico paupertatem ſuam, aut alienā. Si
ppriā, pdeſt ei.j.de excu.tuto.§.ſed ꝛ pp paupertatē. ſi alienā
vt pupillorū quos hꝫ in tutela ſua, hoc caſu paupertas non pro
deſt, ſed nocet: qꝛ quatuor tutele pro vna computantur, qñ par
uum eſt patrimonium pupillorum.ff.de excuſa.tutorum.l.ſpa
donē.§.vltimo. Caio. Dicit bona in illo vt preualuiſſe ꝛc. qꝛ ad
hoc vt ipediatur libertas, exigūtur duo, fraus ꝛ euētꝰ ſolꝰ. Sup
hoc dt gl. ꝙ hoc verū eſt de directa nō fideicommiſſa. vñ vt di
recta impediatur, ſunt duo neceſſaria, fraus ꝛ euētus. In fideicō
miſſa. ſufficit ſolus euentus. Et videtur ꝙ imo totū ecōtra ſit fi
deicommiſſaria libertas difficilius extraneꝫ heredē inſtituit,
libertates fideicōmiſſarias ꝛ directas ꝛ alia legata relinqt, filiū
quē habebat in poteſtate exheredauit, dicitur ſi iſte filius vltra
qnquēntū egit qrela ꝛ obtinuit legata nō valēt, ſimilr libertates
directe fideicomiſſarie preſtāde ſunt viginti aureis a quolibet
pſtādis. ꝛ ſic lex eſt cōtraria ei qđ dicit gl.ff.de inoffi.teſt.l.Pa
pi.exul.§.fi.cū lege ſequēti. alias eſt §.ꝛ icip.l.Papi. ſcribit ad
iſtud contrarium nō voluit rñdere vbi in directa requirit fraus
ꝛ euen